

eiheft.

S. 5

1270 Juli 1.

[9

Hörigentaufsch zwischen Wildgraf Emicho und Ritter Bruno von
Schmidburg.

Noverint universi hoc presens scriptum visuri, quod inter nobilem virum
dominum Emechonem comitem Silvestrem ex una parte et me Brunonem
militem de Smideburg ex altera concambium voluntarium taliter est ad-
missum, videlicet quod Theodericus de Oberkirren, qui titulo proprietatis
michi attinere dinoscitur, cum Trutelinde filia Demrodis de Geisenheim, que
dicto jure prefato domino comiti attinet, matrimonialiter copuletur, et
puella vel mulier quevis michi attinens, quam ipse comes vel officiales sui
alicui suorum hominum voluerunt copulari tempore oportuno, eodem et
simili modo copuletur. In cuius rei testimonium presentibus sigillum hono-
rabilis viri domini Th[eoderici] prepositi de Ravensersburg, quia proprio
careo, duxi apponendum. Datum anno Domini M.CC.LXX octava Johannis
baptiste.

Orig. Siegel ab, Lade 11, 1; Kopie 18. Jhdt. Lade 8, 6.